



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Dominica IV. Post Pascha.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

DOMINICA IV.  
POST PASCHA.

I.

*Arguet mundum de peccato. Joan. 16.*

Quare Spiritus Sanctus, qui spiritus charitatis & Deus consolationis est, mundum de peccato arguet? Respondet Christus: *Quia non crediderunt in me: quia boni Pastoris vocem non audierunt, nescierunt. neque intellexerunt, in tenebris ambulant*, dum finem suum ultimum neglexerunt. Summa infelicitas est, ad æternam beatitudinem non pervenire. *Mense I. Disc. 6. pag. 73.*

2.

*Quia non crediderunt in me. Joan. 16.*

Ideo de peccato arguet mundum Spiritus Sanctus, quia in Deum non crediderunt. Ex hac incredulitate enim omne peccatum, quia nemo peccaret, si crederet Deum omnia posse, & omnia nosse. *Mense II. Disc. 41. pag. 252.*

3.

*Arguet mundum de judicio. Joan. 16.*

Mirum est, cum omnes homines à severissimo illo divino Judice se olim judicando sciant de peccatis non aliorum sed suis propriis, esse tamen multos, qui se ipsos examinare, despicer, judicare negligent, & studio perverso alias potius

## CONCIONATORIUS. 107

tius temere judicare consuescant. Severè olim Deus mundum de jūdicio arguet; inspiciamus ergo jūdicii temerarii malitiam, ut à temere jūdicando absterreamur. *Mense III. Disc. 76. pag. 319. ad num. 8.*

4.

### *Arguet mundum de jūdicio. Joan. 16.*

Non frustra monuit nos Christus: *Nolite jūdicare, & non jūdicavimini.* Luc. 6. v. 37. Sciens in primis, quām prona esset hominum natura ad jūdicandos alios, deinde quām severè jūdicandi olim essent à Deo, qui se jūdices hominum constituerent. Pronitas illa tollesur, evellendo radices ejus: jūdicii severitas evitabitur, si citò manum ad evellendas radices admoveamus, ne crescant in damnum nostrum. *Mense III. Disc. 76. pag. 331. à num. 8. ad finem.*

5.

### *Arguet mundum de jūdicio. Joan. 16.*

Miratus est pridem Dominus, se justicias jūdicaturum. Si jūdicabit, etiam vindicabit. Quisquis ergo justitiæ administer, dum vindicare & animadvertere in reos vult, attendat necesse est, ut justitiam vindicativam exerceat zelo bono, non aliqua præventus passione. *Mense IX. Disc. 272. pag. 455.*

DOMI-